



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CXXXII. Agapetus II. Anno Christi 946. Constnagini VIII. Solius 35.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

Chronici Casinensis cap. 57. litteras  
 dedit Siconi Episcopo Capuano, qui-  
 bus illum & de Canonum ignorantia, &  
 de inscientia litterarum, & de familia-  
 ritate secularium districtè redarguit. Bar. an.  
 Obiit anno 946. mense Junio functus 946. §. 1.  
 munere Pontificali annos tres, menses Pag. §. 1.  
 sex.

## ANNOTATIONES.

(1) Vide annotat. 1. ad Marinum I. &  
 Martinum IV.

CXXXII.

AGAPETUS II.

ANNO CHRISTI 946.  
 CONSTANTINI VIII. SOLIUS  
 35.

**A**GAPETUS II, Romanus, eo-  
 dem anno, ac mense, quo Ma-  
 rinus II. decessit, successor ei datus  
 est. Marinum Episcopum Polimar-  
 tiensem Legatum ab latere misit in Gal- Bar. an.  
 liam, cum ad stabiliendum Ludovici 946. §. 1.  
 Regnum, quod factione Hugonis Prin- Pag. §. 1.  
 cipis variis nutabat tumultibus: tum  
 etiam ad cognoscendam cum illarum par-  
 tium Episcopis causam Remensis Ecclesia,  
 quisnam ejus legitimus esset Episcopus

Ll 4

Ar-



*Artaldus, vel Hugo.* (1) Anno, qui insequitur, *Synodum habuit apud sanctum Petrum, in qua damnationem Hugonis Episcopi apud Ingulheim factam confirmavit, excommunicans etiam Hugonem Principem, donec Ludovico Regi satisfaciat.* (2) Idem accessit Ottonem Germaniæ Regem, ut Italiã exigeret Berengarium vexantem sacros Ecclesiæ ministros, & ab eis extorquentem vi pecunias; misitque ejusdem Ottonis fratri sancto Brunoni Archi - Episcopo Colonienti pallium, singulare concedens jus utendi eo, quoties vellent. (3) Vitam deseruit post diem viceesimum Augusti anno 956. ideoque Pontifex fuit annos decem, & menses amplius duos.

Bar. an.  
950. §. 2.

### ANNOTATIONES.

(1) Baronius ad an. 948. §. 1. ex Flodoardo.

(2) Flodoardus in Chronico ad an. 947. apud Duchesnium tom. 2. pag. 616.

(3) Rotgefus in vita ejusdem S. Brunonis cap. 23. apud Surium die 11. Octobris qui eodem capite vocat *Agapetum mira sanctitatis Papam.*